

eius, ut iusticiam, quam approbat, ostenderet
in eo, quod remittit peccata, quæ antea perpes-
trata sunt sub patientia Dei, ut ostenderet ius-
ticiam, quam approbat, in præsentî tempore,
ut ipse solus sit iustus, & iustificans eum, qui
est ex fide Iesu.

Rom. 4.

Christus traditus est propter peccata nos-
tra, & resuscitatus est propter iustificationem
nostri.

Rom. 5.

Per Christum habemus accessum in fide
in gratiam hanc, in qua stamus. Et sine Chri-
sto nemo venit ad Patrem, Hebræ. 12. Ioan.
14.

EXEMPLA.

Ioan. 8.

Christus ad adulteram. Nemo te con-
demnavit, nec ego te condemno. Vade & post-
hac ne peccaveris.

Luca 7.

Christus ad peccatricem. Remittuntur tibi
peccata tua.

Luca 19.

Zaccheus Publicanus.

Luca